


E H 114





O.K. 11644. (13)

III. 137.

PROCANCELLARIUS
HENRICVS GOTTLIEB FRANCKE

A D

EXAMINA CONSVETA

SVMMORVM IN PHILOSOPHIA HONORVM

C A N D I D A T O S

I N V I T A T

S I M V L Q V E

D E

LITE EXEMTIONIS GLEICHENSIS

D I S S E R I T



§. I.

De Exemptione generatim et illius Scriptoribus.

Vocabulum exemptionis in iure imperii nostri publico ut plurimum eum notat actum, quo territorium aliquod in nostro Sacro Romano Imperio ita occupatur vel acquiritur, ut quota eius matricularis, id est illa praestatio, quam secundum imperii nostri matriculam, imperio vel circulo praestare tenetur territorium vnumquaque, vel plane cesser, aut ab occupante vel acquirente solvatur. Prior exemptionis species, secundum usitatum loquendi ac scribendi in iure publico nostro ac legibus imperii modum, dicitur exemptione sine onere, posterior exemptione cum onere. Quoniam vero Matricula Wormatiensis de anno 1510 summa incuria fuit confecta multique mediati ac plane non existentes ordines imperii, in illam fuerunt relati; non nullis occasionem haec incuria praebuit, se se superioritati territoriali dominorum suorum territorialium subducendi. Qua de causa exemptionis vocabulum, interdum quoque, de hoc ordinum mediatorum conatu usurpatum. Exemptiones denique in priori et vulgari ac usitato sensu summae tot sane in Sacro nostro Romano Imperio reperiuntur, ut vel integris libris eas illustrare, necessarium fuerit usum pluribus eruditis. Inter illos duos solum in secundam produxisse sufficiat. Prior sequenti ornatus titulo prodiit. ZACHAR. VIETOR de *Exemptionibus imperii curia* IOH. VIETORIS, Corbati 1670 in 8. Posterior inscriptus est IOH. PHIL. CARRACH de *Exemptionibus territorialium Germaniae*, Ulmae 1752. in 4. Praeterea Doctorum iuris publici haud pauci in suis scriptis, hoc argumentum partim tractarunt summatum, partim copiose satis sunt persecuti.

§. II.

De Scriptoribus ac Deductionibus exemptionis Gleichenfis.

Sed postulare nunc quoque videntur officii nostri rationes, ut ante omnia indicemus fontes e quibus hausimus ea, quae nunc in medium proferte est animus, et hoc quidem inter alias bene multas, ea in primis de causa, ne vnum eundemque auctorem saepius citare, ac hoc pacto B. L. taedium aliquod creare necesse habeamus. Primum autem iure meritoque damus locum eruditissimae commentationi, nondum tamen, quantum constat, typis impressae, cui plurima debemus. Titulus eius est: Weyl. Herren

ren



ren Joh. Ioach. Müllers *Fürstl. Sächs. Weimarschen geheimden Secretarii und Archivarii Actenmäßige Relation von dem Anfang und Fortgang des Gleichischen Exemptionis Processe, entworfen Mens. Nou.*
 1725. Hanc Commentationem excipit. Herz. Wilhelms, Albrechts und Ernsts Deduction wegen der Herrschaft Blankenhain, Nieder-Cranichfeld und des Hauses Gleichen, was vor Recht dem Hause Sachsen gebühre, und wie weit sich die Chur-Maynzsche Praetensiones erstrecken etc. den 15 Apr. 1646. 4. Adnex der Anzeige und Deduction des Hauses Sachsen wegen Erfurth (1647. f.) In ordine nunc sequitur III. An des Heil. Röm. Reichs Churfürsten und Stände unvermeidliches Memoriale der Fürstl. Sachsen - Weimar - Gothe - und Eisenachischen zu gegenwärtigen Reichstag abgeordneten Räthe und Gesanden die von den Herren Grafen zu Hatzfeld wegen der Grafschaft Gleichen im Reichs - Gräflichen Collegio angemachte Session und Stimme betreffend. 1653. fol. rec. 1725. fol. et ap. LONDORP. Act. Publ. T. VII. p. 180. Huius Memorialis Refutationem continet IV. Abgenöthigtes Contra-Memorial des Hochlöbl. Erzstifts Mainz über dessen unmittelbaren von etlichen hundert Jahren her Erb- und Eigentümlich zugestandenen, und noch zustehenden, jenseit des Thüringer Walds gelegenen Reichs-Graff- und Herrschaften Gleichen, Blankenhain und Cranichfeld, sambt allen anhangenden Rechten und Gerechtigkeiten, Immunitäten, Freyheiten, Immediatet und Superioritet, mit welchen allen, das Hochwollöbl. Gräfliche Geschlecht von Hatzfeld als Herr Melchior und Herr Herrmann von Hatzfeld Grafen zu Gleichen etc. der Röm. Kaiserl Maj. geheimer Rath, Generalfeldmarschall, auch Cämmerer respective Reichshofrath und Oberster, sambt deren Descendenten und Lehnsholzgern investiret und belehnet worden: wider des Fürstlichen Sächs. Weimar - Gotha Eisenachischen zu gegenwärtige Reichstag abgeordneten Räthen und Gesanden, in Año 1653 in Druck ausgelassenes inititulirtes vermeindliches Memorial der Grafen von Hatzfeld Session im Gräflichen Collegio betreffend 1654. 4. nec non V. Hauptfächlicher Extrakt des Erz - Stifts Mainzischen und Gräflichen Hatzfeldischen Contramemorials etc. Sequitur nunc VI. Nothwendige Abstehnung des Contra-Memorials, welches im Nahmen des Erz-Stifts Meintz und der Herren Grafen von Hatzfeld zu vermeinter Behauptung, des wegen der Grafschaft Gleichen und deren beyden Herrschaften Blankenhain und Niedern - Cranichfeld de facto ange-



maßten Reichs-Immedietät und anderer unbegründeten prätenzionen nachst verweichenen Jahres wider der Fürstl. Sachsen-Weimariſchen, Gothischen und Eienachischen Gefänden auf den nechsten Regenspurgiſchen Reichstag publicirtes Memorial, herausgegeben worden 1655 fol. rec. 1725. Huic scripto inferus, ita dictus *Memorialis Moguntini Extractus* modo citatus ita, vt, in vna quaque pagina, in duabus columnis appareat et *Extractus Memorialis Moguntini et Refutatio Saxonica*. Adiuncta sunt quoque ad probandas aſſertiones multa documenta. Nec porro ſiccō pede praeteriri debet VII. Gründliche Ausführung warum das Fürſtl. Sambt - Haus Sachſen zur Reaſumption des vorlängſt geendigten, vom Käyſerl. Cammer - Fiscaſ aber von neuem erregten ſo genannten Gleichiſchen Exemption - Sache, nicht gehalten. Samt einem Anhang daß das Eriz - Stift Mayntz und deſſen Belohnung dabey in keine Wege intereffiret ſeyn. 1681 fol. rec. 1725 et ap. de LVDOLPH in Symphoremate Consult. Foreuf. T. II. Part. 2. no. 10. p. 553. sq. Autorem huius deductionis nominat B. STRV. in Corp. Iur. Publ. p. 98. n. 80. B. LYNEKERVM, cuius utpote consiliis ac opera tunc vtebatur Sereniflma Domus Saxo - Ernestina, vti infra fufus patebit. Pauca vero quid quod pauciflma VIII. de hoc argumen- tis paſſim memorat CASP. SACITTARII Historie der Graffſchaft Gleichen edit. ab Ern. Salomon CYPRIAN Fr. 1732. 4. Sunt denique bene multi, qui incidenter, ſi ita loqui fas eſt, huius litis faciunt mentionem, quos commemorare omnes, praefixus non permittit scopus.

§. III.

Fata litis de exemptione Gleichenſi, ab ortu ad annum c1616cxxxix.

Ad ipsam igitur quod attinet exemptionis Gleichenſi litem, ex- citauit illam Matricula imperii Wormatiae c160xxi. confecta, multitudine naeuorum, vt ſupra iam notauiimus, in illa commiſſorum, in primis conſpicua. In illa vero affignantur potentibus quon- dam in Thuringia comitibus de Gleichen tres equites et tredecim pedites ad expeditionem Romanam Caroli V. Imperatoris, contra quam affignationem in ipliſ iam iam comitiis Wormatiensibus ſolemniem interpoſuit protestationem Sereniflma Domus Saxonica, aſſerens ac monſtrans Gleichenſes comites eſſe Landſaſſios, ſuperiori- tati territoriali Saxonicae ſubiectos, nec immediatos, hinc et il- lorum quotam matricularem, ſi quae ſit ſoluenda, ſub Saxonica iam

iam iam comprehensam, ipsamque adeo matriculam innumeris fere laborare naeuis. Quo facto Caesar promisit, se per speciales imperii deputatos diligentem et accuratam in omnes huius matriculae naeuios instituturum inquisitionem, eosque abrogaturum. Sed haec deputatio vsque ad annum 150 XLII. dilata ipsamque inquisitionem demum 150 XLVIII. in comitiis *Augustae Vindelicorum* tunc temporis congregatis, perfecit relationemque desuper Caesari exhibuit. Relatione autem hac Caesari tradita, inter alia, decretum, vt fiscalis imperii, actiones, vt vulgo dici solent, fiscales, institueret contra eos qui ad soluendam quotam matricularem vere sint obligati, se vero huic oneri illegitimo prorsus modo subducant. Sub pretextu itaque huius decreti, contra omnē ius fasque, nihil feciū fiscalis imperii 150 I. contra Comites *Gleichenſes* in Camera imperii, actionem instituit fiscalem, ab ipsis quotam illorum matricularem postulans, et vt ad eam soluendam adligantur petens. Hac igitur actione instituta Comites *Gleichenſes* Serenissimae genti *Saxonice* litem, vt in scholis Itorum dici solet, denuntiarunt. Qua de causa non potuit non Serenissima Familia *Saxo-Ernestina*, quam vtpote solam haec lis tangebat, quin coram iudicio Camerae imperialis ideo compareret. Coram hoc autem iudicio modo memorata Serenissima domus, sole meridiano clarius demonstravit, Comites *Gleichenſes*, illegitimo prorsus modo, in matriculam imperii relatos, praetensam itaque illorum exemptionem nullo prorsus iure esse fundatam, obstatre itaque fiscalis imperii exceptionem non fundatae actionis et deficiens iuris agendi. Hinc vt a limine iudicii prorsus repellatur, optimo quidem iure perit. Ast nihil feciū, post longam disceptationem, ab vtraque parte factam, huius litis tandem pertesa Serenissima Familia *Saxo-Ernestina*, quo se ab illa prorsus liberaret, 150 LXXXI. declarauit, se non ex debito, sed ex liberrima voluntate, quotam matricularem Comitum *Gleichenſum*, in posterum soluturam. Hinc tota lis vsque ad annum 150 CXXIX. sponita mansit, et quiete prorsus non interupta frui coepit.

§. IV.

Vtteriora fata ad annum 150 CLXII. inclusue.

Modo citato contra anno, absque omni fundamento, et sine vlla ratione, solo vexae adductus studio, fiscalis imperii hanc litem de nouo suscitauit. Hinc et supremum hocce iudicium, sum-



mam instauratae ab imperii fiscali huius actionis iniusticiam satis
 superque perspiciens, ad preces illius nihil plane decreuit, et ipse
 imperii fiscalis, iustitiae facti sui dissidens, ab omni vteriori peti-
 tione abstinuit. Hinc et in vniuersa hac caussa in supremo camerae
 imperialis iudicio nihil amplius actum, ad annum vsque **c. 1662**,
 in quo vtpote, per varias artes, fiscalis imperialis citationem, ad
 reassumendam litem, contra Serenissimam domum *Saxonicam* im-
 petravit. Anno interea **c. 1671**, fatis functo *JOHANNE LVDO-*
VICO Comitum Gleichensum vltimo; *dynastias Blankenhayn et*
Nieder-Crannichfeld, vna cum aliis prediis iuribusque, ceu feuda
 aperta occupauit Elector *Moguntinus*, ac post aliquod temporis
 spatium, familie Comitum de *Hatzfeld*, vnde ipse oriundus erat,
 rursus vt feuda *Moguntina* contulit. Hi autem comites ratione
 horum feudorum in numerum immediatorum S. R. I. Comitum
 referri volebant, nec non sessionem et votum in comitiis ideo po-
 stulabant, contradicente ramen statim Serenissima *Familia Saxo-*
Ernestina. Acerrima itaque ea de caussa exoriebatur controversia,
 quae summo studio agebatur in Comitiis *Ratisbonae* **c. 1673**,
 et **LIV.** celebratis, in quibus Serenissimi *Saxonie* duces, pro fir-
 mandis suis iuribus supra No. II. memoratam deductionem publi-
 cabant, quam excipiebat *Memorale Moguntinum* nec non *Extra-*
dus Memorialis Moguntini, infertus refutacioni *Saxonice*, supra
 No. III. indicatae. Hinc lis quiescere iterum coepit, vsque ad mo-
 do citatum annum **c. 1676**. Per nouam autem hoc anno hu-
 ius litis coram Camera Imperii instaurationem, Fiscalem imperii
 non tam commoda imperii promouere, sed potius *Moguntini* eius-
 que Vasallorum Comitum *Hatzfeldensem*, in animo habuisse, quum
 sole meridiano clarus vnicuique pateret, Serenissima Domus *Saxo-*
Ernestina, summo quidem iure, et multis quam maxime pregnan-
 tibus graibusque argumentis, iam iam tunc asseruit, se ad reassu-
 mendam hanc litem haud esse obligatam. Mox etiam patuit, quae
 sub hac actione fiscali occulta latebat fiscalis imperii intentio. Her-
 mannus siquidem *Comes Hatzfeldensis*, mox huius controversiae
 statum interuertere tentauit, ac non, vt olim, Comites *Gleichen-*
fer contra fiscalem, sed vna cum fiscali contra Serenissimam domum *Saxo-Ernestinam* agere coepit, et vt caussa suae male fundatae aliquem praebereret colorem, quae sequuntur, aduluit rationes,
 duos nimirum olim comites *Gleichenenses*, contra omnia imperii iura,
contra

contra obseruantiam antiquam, ac sine consensu denique domini directi, nec non agnatorum, vna cum Serenissima domo Saxonica aduersus fiscalem imperii egisse, comites siquidem Gleichenenses fuisse immediatos, sessione et voto in Comitis imperii gausos, et ad onera imperii sua conferre fuisse obligatos, nec vnuquam in subiectionem territorialem Saxoniam consensum suum praebuisse.

§. V.

Porro usque ad annum cI9cLXX.

Vt itaque vnicuique eo clarius pateret nonus hic omni iuri fundamento destitutus fiscalis imperii conatus, Serenissima Domus Saxo-Ernestina XVI Nou. cI9cLXIII. in Camera imperiali deductionem exhibuit inscriptam: *Exceptiones et excusationes cum protestationibus, iuncta petitione des Durchlauchdigst Hochgebohrnen Fürsten und Herren Herren Ernsten und Herren Johann Ernsten vor sich und dero freundlich geliebte Herren Brüder, Herren Adolph Willhelm, Herren Johann Georgen und Herren Bernharden, allerseits Herzogen zu Sachsen, contra Fiscals gesuchte reassumptionem litis in causa Gleichenischer Exemption.* In his exceptionibus, summa cum cura, egregiaque juris peritia elaboratis, Serenissimi Duces petebant absolutionem ab omni actione fiscali ac reliquis praetensionibus, et vt imperii fiscali nec non Comiti de Hatzfeld iniungatur, in posterum quiesceret, simulque decernere, si quis alius adesset, qui aliquid praetenderet, vt per ordinarium procedendi modum, coram competente iudicio, ius suum persequatur. His exceptionibus fiscalis imperii opposuit replicas, quibus titulus: *Replica Fiscalis und Consorten, contra Sachsen, in puncto exemptionis die Graffshaft Gleichen betreffend d. XXVI. Mart. cI9cLXVI.* In his, inter alia, fiscalis imperii a iudicio Camerali perebat, quo comitatum Gleichensem pro immediato S. R. I. comitatu declareret, et aduersae parti iniungat ab omnibus attentatis et illegitimis actibus abstinere. Post exhibitas ab imperii fiscali has replicas, eodem adhuc anno in transactione inter Electorem Moguntinum ac Serenissimos Duces Saxoniae Lipsiae $\frac{2}{3}$ Dec. conclusa, de iuribus Serenissimae genti Saxonicae in vrbe Erfurten eiusque ditione, competentibus, ap. GASTELIVM de Statu Europae p. 1141. sq. speciatim p. 1144. No. 11. sub Rubr. *Ius territoriale über Gleichen, Blankenbayn und Crannichfeld,* de hac lite sequentem in modum transactum legitur: *Das Fürstl. Haus Sachsen bleibt in Possessione vel quasi iuris territorialis bey Glei-*



Gleichen Blanckenbayn und Cranichfeld bis zu Ausführung der Haubtsache an dem Cammergerichte zu Speyer, und soll immittelst kein Theil seine Possession, weiter als hergebracht ist, extendiren, auch der Graf von Hatzfeld bey seinen hergebrachten Gerechtsamen und sonstigen habenden Gräflichen Reichsstände rubig gelassen werden, zur Recognition soll er indeß jährlich 500. Gülden auf die gewöhnliche Quartale, worunter die Dörfer Crackendorf, Kuidersdorf, Hoffeld, Redewitz, Lengefeld und halb Dinstedt, so die Graffen von Hohenlohe in Besitz haben (jedoch daß durch solche Veränderung der Steuern den Graffen von Hohenlohe an ihren Rechten kein Abbruch geschehe) mit eingeschlossen sind, dem Hause Sachsen durch die Unterthanen entrichten lassen, immittelst der Stadt Erfurth Sächsischen Cammerschuld davor haften, oder auf unverhofften Missszahlungsfall 800. Gülden von selben gekürzt werden. Zu Verhütung aller Thätigkeiteit zeit wehrenden Hauptstreits soll Chursachsen immittelst das exercitium actuum superioritatis territorialis gäntzlich ad interim verrichten, und so wider den Grafen von Hatzfeld, personaliter auch realiter, wo nicht außerhalb Landes contrahiret ist, geklaget würde, zu Weimar nichts mehr angenommen werden, wie denn auch Chursachsen von ihm die Reichssteuern und Cammergerichtsziehler ohne Abzug der 500. Gülden annehmen und ihm gegen das Reich vertreten wird. Memoratam in hac transactione Serenissimo Saxoniae Electori decretam sequestrationem infra paucis persequemur. Ad indicatos autem quod attiner 500. Florenos, eos Serenissima Domus Vinariensis et Gotha ita inter se diuiserunt, vt Vinariensis 382. florenos 3. gl. Gotha contra 177. florenos 17. gl. 11. pf. consequreretur. Quae diuisione dein c15c177. per speciale pactum, inter modo nominatas Serenissimas familias certo modo fuit mutata, quam tamen mutationem, quam ad praesens argumentum non spectat, consulto omittimus.

§. VI.

Nec non usque ad annum c15c179.

Sed ad huius litis in Camera imperiali fata vterius exponenda vt redeamus necesse omnino videtur. Post exhibitas nimirum §. praecedenti fiscalis imperii replicas, vtraque pars iura sua per vteriora ita dicta exhibita perfequi omnem mouit lapidem, vsque dum c15c177 ab imperii fiscali eiusque consortibus, et sequenti anno a Serenissima Domo Saxonica his scriptis finis imponeretur.

Quo-

Quoniam vero fiscalis imperii in ea versabatur opinione, quod Serenissima Domus Saxonica multa noua nec haec tenus prolata scripto suo finali inseruerat, protestationem contra illud interposuit inscriptionem: *Protestationschrift Kaiserl. Fiscalis und litis Consorten contra des Fürstl- Hauses Sachsen-Gotha und Weimar angemachte unzulässige Conclusions Schrift, salua tamen, ratione reiectionis eiusdem, facta petitione cum eventuali informatione Domini Indicis, in puncto exemptionis et reassumptionis litis die Graff und Herrschaften Gleichen, Blankenhayn und Cranichfeld betreffend, contra quam protestationem Serenissima Domus Saxonica Reprotestationem c. 150 CLXXXIII exhibuit ornatam titulo, qui sequitur: Gegen-Protestationschrift Fürstl. Sächs. Anwalts contra Kaiserl. Fiscalis angemachte unzulässige Protestationschrift, cum petitione eius reiectionis et Saluatione der disseitigen Conclusionschrift et eventuali informatione Domini Indicis, in puncto nicht geführter Reassumptionis litis ante saeculum finitiae, die Vertretung der ausgestorbenen Graffen von Gleichen betreffend. Eodem porro anno c. 150 CLXXXIII. scilicet, Comes de Hatzfeld varia contra sequestrationem Serenissimi Saxoniae Electoris protulit grauamina, a Camera Imperii primum, per Decretum, ad iudicium remissa, a quo petita sententia non fuit secuta, nec comes sine dubio, quoniam grauamina sua omni fundamento erant destituta, vterius est prosecutus. Fiscalis contra imperii, eodem adhuc anno, petiit ut Reprotestatio Saxonica ab actis remoueretur, ac nulla eiusdem habita ratione, in fauorem imperii, in hac causa pronunciaretur, in omnem eventum vteriorem disceptationem forensem fibi reseruando. De hinc sequenti anno c. 150 CLXXIV. Serenissima Familia Saxonica petiit non solum reiectionem petiti ab imperii fiscali Indicio Cameræ Imperialis traditi, et ut in causa principali, eo proorsus non attento, sententia feratur definitiua; sed et exceptiones contra Comitis de Hatzfeld supplicas, pro mandato cassatorio sequestrationis Serenissimi Electoris Saxonici, exhibuit, simulque quo, praecclusa omni replicandi via, saepius citato Comiti desideratum mandatum denegaretur, contendit. Quo facto in hac causa iterum nihil amplius actum ad annum usque c. 150 CLXXIX. in quo vtpote Fiscalis imperii, ad infirmandam inualidamque reddendam Reproductionem Saxoniam, vti, secundum in Camera visitatum stilum Curiae diciur, per multa in medium protulit, ac rursus illius remotionem ab actis petiit,*

B

пес



nec non, vt tandem sententia definitiva feratur, aut si vltior ratione fisci imperialis disceptatio quaedam forensis futura sit necessaria, ea vt, per sententiam ita dictam interlocutoriam, decerneretur ac definiretur.

§. VII.

Denuo ad annum CICLXXXIX.

Quum autem post longam moram, vti ex huc usque dictis satis superque licet perspicere, haec lis eo deuenisset atque satis superque ita essent instructa ad sententiam definitiuvam ferendam, eamque pro Serenissima Domo Saxonita, secundm iura, sauvabilem; Elector sunc *Moguntinus* vna cum Comite *Hatzfelderi*, iustitiae caussae, pro illorum parte, iure meritoque admodum diffidens, omnem mouebat lapidem iudicium Camerae imperialis in suas vt traheret partes, quod tam *Moguntinus* quam Comes *Hatzfelderi* facili quidem studio se effecturos credebat, ob miserrimum illo tempore huius iudicii statum, multaque contra illud protulata grauamina. Hinc Serenissima Domus *Saxo-Ernestina* e re sua esse iudicabat, per B. *LYNCERVM*, cuius vt pote consilis ac opera, vt supra iam notatum, in primis in hac caussa vtebatur, non solum supra sub No. VII. adductam deductionem curare conficiendam, sed et ipsum diuersis vicibus *Spiram*, vbi tunc iudicium Camerale adhuc commorabatur, mittere, quo hanc caussam controversam Assessoribus illius coram eo accuratius exponeret, iustitiamque Serenissimae Domus *Saxonicae* eo melius clariusque ob oculos poneret. Longa tunc secura ac laboris grauissimi plena negotiatio, multaeque exortae difficultates, graues difficilesque admodum quæsiones, nec impedimenta haud pauca. Nos iraque, quum praefixus huius commentationis scopus haud permittat, vel summatim tantum exponere cuncta, quae tunc in hac caussa coram iudicio Camerali agebantur; quaedam solum, eaque, nostro quidem iudicio, memoria maxime digna, exponere animus est momenta, ea que in primis, quae sententiam definitiuvam, in hac lite impediuerent. Ita statim ab initio Serenissima Domus *Saxonica*, ac optimo quidem legibusque imperii conformi iure, senarum, in quo relatio ac decisio huius controversiae definitiua sit conficienda, postulabat constantem ex paribus vtriusque religionis tam catholicæ quam euangelicæ assessoribus, nec non referentem non solum catholicum sed et correferentem euangelicum; vtrumque contra altera

pars



pars denegare videbatur. B. porro LYNCKERVS mox animad-
 vertebat, Assessores Camerae totam hanc controueriam vel prorsus
 ignorare vel parum compertum de ea habere, immo a catholico
 quodam, instinctu sine dubio *Moguntini vel Hatzfeldensis*, nonnulla
 prorsus aliena et ad rem plane non pertinentia immixta fuisse,
 pro meliori illorum informatione saepius citaram deductionem, cu-
 ius titulus supra No. VII. legitur, composuit. Suas quoque cuiusdam
 Procuratoris Camerae Imperialis Duces *Saxonie* petierant,
 huius caussae relationem ac decisionem in tempus magis opportu-
 nus ut differetur, eo scilicet usque donec quies securitasque in S.
 R. I. iterum fuerint restituae. Anno c¹6¹c¹l⁸x⁶vi. haec caussa,
 L. Wygando a Circulo Franconico praesentato, ad conficiendum
 relationis specimen fuit demandata, qui tamen maxime mancam con-
 fecit relationem, nullo prorsus iuri fundamento suffulgam ac par-
 tium studio in primis repletam. Nec sicco prorsus pede praetereunda
 videtur operose satis agitata quaestio, an modo memorata supra sub
 No. VII. extans deducio inter Assessores Camerae Imperialis sit di-
 stribuenda nec ne? dum pro affirmativa non minus quam pro nega-
 tiva multa, inter que illa sat grauia in medium fuerunt prolata argu-
 menta, quae tamen hic recensere ad unum omnia et praesentis com-
 mentationis indoles et haud paucae aliae rationes prohibere omnino
 videntur. Suas tandem B. LYNCERI, qui et desuper fuerat
 consultus, litterae commendatitiae ad quosdam Assessores Camerae
 imperialis fuerunt decretae ac missae, et quem c¹6¹c¹l⁸x⁶vii. nun-
 tiaretur, hanc controueriam ab altera parte iterum resuscitari
 eiusque decisionem vrgeri; Serenissimi etiam *Saxonie* Duces, ad
 eam promouendam nihil intentatum reliquere. Ast mox bellum Gal-
 licum Germaniae illatum exoritur, in quo c¹6¹c¹l⁸x⁹. Spira fuit
 cremata ac iudicium Camerae alias querere sedes fuit coactum, cu-
 ra tamen Procuratoris *Saxoniti*, acta huius celeberrima caussae inte-
 grae fuerunt seruata. Pro studio itaque ac labore ideo adhibito, sum-
 tibusque impensis, dicto Procuratori Serenissima Domus *Saxonica*
 400. florenos ex soluendos curauit. Nihilo feciustamen in celeberrima
 hac lite nihil amplius actum, nec ulteriora illus acta licet reperire.
 Quod sine dubio exinde evenit, quoniam sequentibus temporibus
 turbatissimus evasit iudicij Cameralis status, ita ut et visitationem il-
 lius in Comitiis decernere necesse habuerint Imperator et Ordin-
 nes Imperii. Circa annum c¹6¹c¹l⁸x⁵, recrudescere et ad



amicabilem compositionem inclinare videbatur haec causa sed mox iterum quiescere coepit et adhuc quiescit. Qua etiam de causa, vigore supra memoratae transactionis *Lipstensis* inter Electorem *Maguntinum* Ducesque *Saxoniae*, Sequestratio superioritatis territorialis in *Gleichen Blanckenhayn ac Nieder-Cranichfeld* Serenissimo *Saxoniae* Electori demandata, adhuc durat et per praefecturam *Thuringiae* circularem *Tenstadiensem* administratur, quae et intuitu huius sequestrationis Consilio intimo Electorali solum subest. Haec sunt itaque, licet precipua tantum fara celeberrimae huius litis, quae nostro quidem iudicio, tutò in scena non producere licet.

Ad primarium igitur huius scriptio[n]is momentum, cuius gratia, *huc* usque disceptata in medium produximus, ut nos conuerramus, officii nostri praesentis rationes omnino postulare videntur. Ab incunabulis felicet academiae nostrae, Philosophorum ordo singulis annis, confueuit praemia virtutis ac nauatae in litteris operae bene merentibus distribuere, eumque in finem consueta examina, per Pro cancellarium indicere. Frequentes itaque ut apud me nomina vestra velitis proferi, qui iustam operam impendistis in artes liberales et doctrinas philosophicas, rogo, et quum singularis illa mihi contingat felicitas ut meum simul, vti vocant, *Iubilaeum magisteriale*, si Deus vitam et valetudinem concederit, celebrare valeam; accipite laetum hoc omen, quod in licentia summos in philosophia honores a iubilante *Pro cancellario* tribuenda, fauente Deo O. M. vobis offertur. Caeterum de propensa Ordinis mei in vos voluntate ne dubitetis rogo. Nec ulli siquidem vestrum post probatum in doctrinis philosophicis eruditio[n]em petitos denegabit honores in Philosophia summos. P. P. Domin. I. Aduent. A. P. C. N. cIoiOCCCLXXVI.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.


III 86 6R

ULB Halle
007 432 925

3



m.c



B.I.G.

Farbkarte #13



NCELLARIVS
GOTTLIEB FRANCKE

A D
INA CONS VETA
PHILOSOPHIA HONORVM
N D I D A T O S
I N V I T A T
I M V L Q V E
D E
T I O N I S G L E I C H E N S I S
D I S S E R I T

